

causa prælationis, successionalis, vel confisicationis, aut cu-  
jusvis alterius tituli particularis, cum tunc reputetur tan-  
quam tertius, & extranea persona, nec exinde oritur illa  
repugnatio, quod dominus directus universalis dicatur  
subfeudatarius proprii feudatarii, ut notans Claper, *quæst.  
caus. 105. sub n. 27. Puguer. dec. 19.*

Parum demum Paternentibus profuit alia defensione  
præsumunt, ostentando quamplura instrumenta concessio-  
num ab ipsis factarum fine Camera confessi, & non solum  
cum receptione laudem, sed & cum expreßione, quod  
bona erant majori Signiorae diffituentibus obnoxia. Et  
enim prævaluerunt apud Dominos Camera responsiones,  
innixe super eo, quod concessiones fuerunt feri omnes ex-  
plete ad formam initarum transactionum, quarum vigore  
vetita non erat Paternentibus infra præfiam summam libe-  
ra alienatio, & si que fuerunt gela cum laudemiorum  
solutione extra limites conventionum, aut dignoscuntur  
revocata, aut tanguam æquovita non defructum probatio-  
num universalis dominii, tot alius uocis demonstrationi-  
bus, ac ex facto ipso Paternentibus confirmata; cum ab-  
solutum in iure sit non sufficere solam cænaculationem  
in contractibus factam, quod bona sint libera, ad subfran-  
chum onus eisdem infixum, ut de bonis fideicommissis sub-  
iectis, & alienatis tanquam liberis, firmiter tenuit Rota in  
Rom. idem com. de Avila 16. Junii 1692. §. 21 altera, cor. bo.  
me. Emerit. ac. Martii 1694. §. Fin. in fin. cor. R. P. D. Mu-  
to, & in Rom. fideicom. de Inconrat. 16. Maii 1695. §.  
*Nulla liquet in fin. cor. codem bo. me. Emerit.*

Necnulla adest implicatio, quod dd. Cives, & incolae  
quandoque exegerint laudem in alienationibus factis ab  
eorum subemphyteutis; nam ut superius obseruatum fuit,  
licebat, & licet Comitatibus servata forma bullæ *Tesi-  
monio*, dare ad novum accipitum, seu emphyteum co-  
rum bona francia, & libera, ubique ipsis reservare iura lau-  
demiorum solvenda ab eorum subemphyteutis, quod tam  
enim nihil prejudicat domino directo universalis, ac Super-  
ior penes Cameram residenti, cum in specie etiam iuriis  
dispositione, se usus conseruandario, quando subemphy-  
teuta aliena bona in subemphyteum recepta, non debeat  
laudem in domino superiori, & mediato, qualis est Came-  
ra, sed domino directo particulari, ac immedio, Chassen.  
ad confess. Burgund. rub. 3. §. vers. sed caus. Gam. decis. Lu-  
cian. 244. num. 7. Ideoque ex hac laudemiorum solutione,  
quandoque facta ad favorem dominorum particularium,



# MANTISSA DECISIONUM SACRAE ROTÆ ROMANÆ, ad Librum Secundum THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ, CARDINALIS DE LUCA *Qui est* DE REGALIBUS, *Hoc est*

DE OFFICIIS VENALIBUS, LOCIS MONTIUM, &c.  
Aliisque Juribus ad materiam Juris prohibendi pertinentibus &c.

## ARGUMENTA DECISIONUM DE REGALIBUS, &c.

### DECISIO I. Cavallizen, Transactionis

**T**ranfactionis obligatione Camerali vallata habet execu-  
tione paratam, nisi sit evidenter nulla, vel enor-  
miter levia; illius inobseruatio ab impugnante cum  
neccesaritis requisitus probanda est, adeo ut non sacrificat  
defectus ad implementum ex parte alterius ex transfigentibus,  
cum ad eius observantiam cogi possit. Obligatio  
per subditos suscepta molesti in molendinis Baroniis  
non latit Ecclesiastica libertatem, etiam per persona  
Ecclesiastica prius molendina ab ipsomet Barone emer-  
int, cum huiusmodi obligatio non proveniens ex aliqua  
vi coactiva, sed ex mera transfigentia voluntate eundi  
potius ad unum furnum, quam alterius.

### DECISIO II. Cavallizen, Furni super bono iure.

Licet Baro nequeat prohibere Ecclesiasticis construc-  
tionem furnorum, prefertim pro eorum usu; potest ta-  
men suis vassalibus prohibere, ne in dictis furnis panes co-  
quant, quando prefati vassalli se obligant ad furnum  
Baronis accedere, cum illa voluntaria obligatio eundi  
potius ad unum furnum, quam ad alium, liberatii Ec-  
clesiastica non prejudicat.

### DECISIO III. Cavallizen, Bannalitatis Furni

*super manutentione.*  
Baro potest subditis prohibere, ne furnis construunt, & illi-  
panes coquant, si ipsius favore concurat titulus expressius  
privilegi, & conventionis, vel tacitus proveniens ex  
immemorabili prescriptione, aut professione, cum admixa  
vassalorum prohibitione, & subfecuta eorum acquisi-  
tientia ita excedere competit Baronii quasi possesso juris  
cogendi vassallos ad furnandum in suo furo privative  
quoad alios. Tranfactionis per testes de auditu in antiquis  
probari potest, maxime si ad finit conjectura, & admini-  
cula, & que sint ista administrula ad effectum cogendi  
vassallos ad furnos Baronii accedere, late hic disfutur.

### DECISIO IV. Cavallizen, Bannalitatis Furni

*super manutentione.*  
Idem est argumentum antecedentis decisionis super manu-  
tentio emanatur.

### DECISIO V. Cavallizen, Bannalitatis Furni.

Argumentum in antecedentibus decisionibus reperitur.

### DECISIO VI. Romana Officii.

Confervatores urbis certo tempore residentes prorogare, &  
extendere non possunt officia à vita unius in personam

alterius, in præjudicium conservatorum successorum.

**D**ECISIO VII. Romana Officii Agro Felicie.  
In hac Magistrali decisione firmatur in alio casu simili  
idem, quod in proxime precedentibus Decisione fuit de-  
cifum, non posse facilius per conservatores Urbis certo  
tempore residentes prorogari, & extendi officia à vita  
unius in personam alterius, in præjudicium conservato-  
rum successorum. Et amplius in hac decisione firmatur  
quod extensio huiusmodi, etiam confirmata per Papam,  
non fortius effectum, & quia confirmatione est in forma  
communi, & deest scientia specifica Papæ, quod con-  
servatores non poterant facere extensio[n]em.

### DECISIO VIII. Romana locorum montium.

Ad loca Montium uti fideicommissaria non datur. Immis-  
cio, si in litteris patentibus vinculum fideicommissi non  
legatur, et si illud alia fuit cum mandato Judicis dele-  
tum, firmo tamen remanente alio vinculo Evictionis; &  
acquirens loca montium libere vel cum certo tantum  
vinculo à Principe mediante eius officiali, recognoscit in  
Dominum ipsum Principem, & non potest ab alii super  
locis montium molestari, præcipue si prius idem Prin-  
cipes deleverit vinculum fideicommissi. Verbo pecunia-  
rum retractacione ex locis montium venditorum cum li-  
centia Principis, ad effectum extinguendu[m] debita, quo-  
modo probetur, & de illa nec de multiplico ordinato à  
Principe, quando creditor non debet esse tollitus.

### DECISIO IX. Romana Cen[si]o.

Creditor anterior avocat pecunias solutas posteriori cum  
obligatione de restituendo prioribus & posteribus. Cen-  
sus extinguitur proportionabiliter per receptionem bo-  
norum in causam illius, loca montium cum vinculis  
evictionis, & de restituendo prioribus & posteribus asti-  
mantur scuta & feci si loca montium fuerint ad instan-  
tiām creditorum liberata à vinculo fideicommissi per  
Principem, tunc enim a coereditoribus avocantur pro-  
valore intrinseco feitorum centum.

### DECISIO X. Romana Reintegrationis.

Reintegratione ad loca montium alienata cum fallo manda-  
to procure, datur, & quomodo locorum montium alie-  
natorum posseſſo probetur ex litteris patentibus, & li-  
bris secretaria locorum montium.

Sententia contumacialis, si prolatā sit in Judicio crimina-  
li, etiam mediante probatione delicti, predicta eriam

## Mantissæ Decisio I. Lib. II.

in iudicio civili, præcipue si proveritate criminis concurrat confessio procuratoris ad miniculata: Loca montium transfeunt libera in empore, si vendantur à vero Domino, securi sì non Domino cum falso mandato procure; tunc enim verus Dominus potest illa vindicare: magistratice articulus hic dicitur.

DECISIO XI. *Romanæ Reintegrationis,*

Hæc Magistratice ac solida Decisio non eget argumentum, cum sit confirmatoria præcedentis, & in ea æquissima

## INDEX DECISIONUM.

- C**avallicen. Bannalitatis Furni super manutentione, Mercurii 5. Decembris 1696. Prisola, Dec. III.  
Eadem, Mercurii 26. Junii 1697. Eadem, Dec. IV.  
Eadem, super bono jure, *eadem die*, Eadem, Decisio V.  
Eadem Furni super bono jure, Mercurii 5. Decembris, *codem*, Dec. II.  
Eadem Transactionis, Luna 7. Maii 1696. Prisola, Dec. I.  
R.  
Romana Censu, Luna 15. Junii 1699. Caprara, Dec. IX.
- Eadem locum montium, Veneris 7. Maii 1694. Ursino, Decisio VIII.  
Eadem Officii, Veneris 4. Martii 1695. Caprara, Dec. VI.  
Eadem Officii Aque Felicis, Veneris 4. Junii 1700. Molines, Dec. VII.  
Eadem Reintegrationis, Luna 25. Januarii 1700. Scors, Decisio X.  
Eadem Reintegrationis, Luna 11. Junii, 1700. *codem*: Decisio XI.

R. P. D. P R I O L O .

Cavallicen. Transactionis,  
Luna 7. Maii 1696.

## A R G U M E N T U M .

Transactio obligatione Camerali vallata habet executio-  
nem paratam, nisi sit evidenter nulla, vel enormiter  
illiū inobseruantia ab impugnante cum necessaria-  
riis requiri probanda est, atdeo ut non sufficiat defectus  
adimplentis ex parte alterius ex transfigentibus, cum  
ad eis observantiam cogi possit. Obligatio per subditos  
suecepta molendi in molendinum Baronis non ledit Ecclæ-  
sticasticam libertatem, etiamsi perfoma Ecclæsticasticis prius  
molendina ab ipsomet Barone emerint, cum huiusmodi  
obligatio non proveniat ex aliqua vi coactiva, sed ex me-  
ra transfigentibus voluntate eundi potius ad molendinum  
unius, quam alterius;

- S U M M A R I U M ,**
- 1 **T**ransactio est exequenda, nisi sit evidenter nulla, vel enor-  
miter laevia.
  - 2 **T**ransactio per centum annos inobseruata præsumitur revocata,  
vel annullata.
  - 3 **H**abent pro se transactionem non incumbit onus probandi ob-  
servantiam.
  - 4 **P**acta particulari per generale non censemur derogatum.
  - 5 **L**ocationes in executione transactionis facia demonstrant il-  
lum obseruantiam.
  - 6 **S**ententia per contradicas obtenta, & a partibus executa,  
eandem vir habet, ac si contradicitoris iudicio emanasset.
  - 7 **P**rocessiones facta adversus agas transactionis contrarias, il-  
lum executionem ostendunt, & inobseruantiam destruunt.
  - 8 **T**ransactio non dicitur interversus actibus pasci, & claus-  
dissimil eadem contraria, nec quasi posse exinde quiesca.
  - 9 **D**eferit adimplentis ex parte unius non ejus modis receden-  
ti a transactione.
  - 10 **T**ransactio non censemur per posse reponere innovata, si ista nihil  
cum priore communis habet.
  - 11 **O**bligatio per subditos suecepta molendi in molendino Baronis  
non ladi Ecclæsticasticam libertatem.
  - 12 **E**x parte Laicorum nullum inferri potest prædictum personis,  
aut bonis Ecclæsticasticis.
  - 13 **I**ntellige, quando agitur de aliquo onere imponendo, vel præ-  
judicio inferendo, secus in materia inäderent, qua de-  
pendet à voluntate transfigentium.
  - 14 **P**rendit unius molendini a Barone per sonis Ecclæsticasticis facta  
cum iuribus, & pertinentiis, non impedit, qui posset sub-  
dit cui Barone transfigere possit, ut in altero ejus molen-  
dino frumenta molere teneantur.
  - 15 **E**riamini præmissa sit evictio perpetua.

## D E C I S I O I .

Bligationem molendi in perpetuum propria frumenta  
in molendino Baronis de Cavitmontibus, solemiter  
sueceptam per communitatem vigore transactionis que  
de anno 1478 plures præverte tentarunt homi-

## Super Mater. de Regalibus, &amp;c.

de quo tempore Barones etiam reportarunt sententiam Cal-  
meralem in judicatum transactam, approbantem prædi-  
ctam transactionem, que quamvis emanaverit per contra-  
dictas, cum ab illa communitas non appellaverit, & postea  
succubuerit in taxatione, & refectione expenfarum, eam  
6 dem vim habet, ac si in contradicitorio iudicio emanasset,  
ut modo tenet Rot. dec. 486. n. 8. & seq. p. 14. dec. 512. n. 7. p. 18.  
rec. & cor. Bich. dec. 29. n. 6. & seq. alibi passim. Successive de  
ann. 1581. Barones in consilio communitatibus expresse pro-  
testati sunt contra nonnullos artus per homines aduersi-  
transactio introducte volentes, & de munus an. 1635.  
facultas per communitatim perita, intendi libertate, In qua  
7 reperiebatur, fuit illi expresse denegata, quia omnia fati  
demonstrant effectuationem transactionis, vel observan-  
tiam fuisse semper à Baronibus impugnata.

Nil pariter relevant in hoc iudicio telles admissi pro ma-  
nuentione, tum quia sunt extrajudiciales, tum quia non  
specificant, quanto tempore homines communatis ieven-  
tut ad Molendinum Patrum, minusque quod, sciente, &  
patiente Barone, per spatium 30. vel 40. annorum contra-  
venient, & quot fuerint contravenientes, nam cum isti  
potuerint esse pauci, & clandestini, fine necessarii requiri-  
tis, dici non potest interversa transactio, minusque quai  
8 posse exinde querita Baro, ut notat Paris. conf. 112. n.  
45. & cap. 1. Rot. post Poth. de manu. dec. 46. n. 5. & seqq.

Sed quatenus etiam subfuerit non adimplentum ex  
parte Baronis, ite non eff modus recedendi à transactione  
9, foliometer stipulata, quidquid est, si ageretur de contra-  
dictu nominatio, vel adfert in ipsa transactione pacum re-  
solutivum; sed tantum potest communitas, iuxta naturam  
correlativorum, eadem actione, quo cogitur observare trans-  
actionem, agere pro adimplimento promotorum etiam ex  
parte Baronum, ad tex. in 3. p. 16. p. 39. & 1. t.  
ubi p. 39. n. 40. C. de transact. Rot. cor. Pen. d. 1207. n. 7. ibique  
Add. & in Melebit. transactionis 19 Junii 1692. f. Deman.  
coram R.P.D. meo Caprara, emanata in terminis casus de  
quo agitur.

Nec dici potest invocata controversia transactio per  
aliam dean. 1623, tanquam ad alium effectum emanata,  
& super separatione, & divisione bonorum allodialium à  
feudalibus ratione onerum imponendorum, qua nihil com-  
mune habet cum hac particuliari conventione; obligatio-  
nem enim communatis molendi in proprio molendino  
Baronis non desumunt à bannalitate, sed à controversia  
transactione.

Minus executionem huius transactionis impedit valent  
Patres Carthusiani tanquam contraria eorum Ecclesiasticæ  
libertatis, & praedicti contractui emptionis alterius  
molendini factu cum ipsorum Barone transfigente, lego-  
rem enim Ecclesiasticæ libertatis defensabant ab impedimen-  
to, quodmodum prætabatur per Baronem hominibus  
de Cavitmontibus, ne accederet valent ad illum Molen-  
dendum: fuit DD. observantia tale impedimentum non  
provenire ab aliqua lege, vel vi coactiva ejusdem Baronis,  
in quo casu procedunt omnes auctoritates pro Pribus al-  
legante; sed Baronem agere tantum tanquam privatum  
personam pro observantia pactorum, ad quæ ex mera vo-  
luntate, & ex causa proprii luci, & commodi universi-  
tas se obligavit, quod alias nisi cum magna impensa con-  
sequi potuerit, ut optimè distinguit Panimol. dec. 26. ad  
nos. q. num. 13. Quoniam stante libertate accedendi ad que-  
11 cumque molendina ad libitum, convenio eundi potius  
ad unum, quam ad alium, est actus consequitus præ-  
dictis libertatis, & non illicitus, neque laevius Ecclesiasticæ  
libertatis.

Nec obstat, quod neque per pactum inferri possit ali-  
quod prædictum personis, vel bonis Ecclesiasticis; qui  
13 pariter hoc procedit, quando agitur de aliquo onere im-  
ponendo, ut in decif. ex adverso allegata coram Cel. 2. 59.  
vel prædictio de direcione inferendo, secus in materia in-  
differenti, & qui omnino pender à voluntate transfigen-  
tium, qui posset sibi imponere necessitatem eundi potius  
ad molendinum unius, quam alterius, Vennig. conf. 10.  
n. 3. ver. nulli jure, & seqq. ut quo ad fin. Grat. d. 564. n.  
55. Galp. Ant. Thef. dec. 16. p. 56. med. Panimol. d. dec. 26. ad  
nos. q. num. 13.

Eadem reponstone tollitur etiam alterum objectum  
empcionis, quamvis præcedenter transactioni facta, &  
cum omnibus suis iuribus, & pertinentiis; quia in con-  
tractu non legitur jus aliquod concepsum cogendi commun-  
itatem ad molendinum in molendino vendito, sed tantum  
in observantiam proprii obligationis cogitare furnare in fur-  
no Baronali privative quod alios; talis coactio uti proveniens  
ex ip-

iendi frumenta sponte inferendum, & manutentio in tali  
libero exercitio, in quo à nemine Patres molestantur. At  
si universitas, & homines tractu temporis ad dictum mo-  
lendum amplius accedere noluerint, & modo ex vi  
transactionis non posint, hoc non est imputandum Baro-  
ni, nec dicendum, quod contravenerit contractui jam  
cum Pribus stipulato, ut firmant Surd. conf. 321. n. 20. &  
21. & Capit. Latr. conf. 8. n. 28. & sequentes theorican  
Alberti, in i. manuscript. Cod. de Lervi. & aqu. Jaf. in i. quoni-  
mū n. 86. ff. de flumin. nec non Alex. conf. 194. vol. 2. & conf. 22.  
vol. 7. fori per ior. examinat in genere facultatem constitundi  
de novo molendina.

Minus perpetuas temporis contenta in transactione  
pacto irrogare potest haec qualitatem praedictam Ecclesiasticæ libertati: nam tempus non est modus inferendi  
talem latitudinem, sed præcipue derivat ex lege, vel statuto  
precipiente, seu prohibente aliquid contra Ecclesiasticam  
libertatem, quod etiam si momentaneum est, illam la-  
deret: ultra quod in casu præsenti perpetuas provenit ex  
natura contractus, quia sicut communatis voluit in per-  
petuum obligatum Baronem, & illius successores ad deri-  
vandas aquas, & conservandas foveas; ita & ipsa au-  
tem debet perpetuam obligationem accedendi ad il-  
lum molendinum, & frumenta molendi ad rationem con-  
ventant.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. P R I O L O .

Cavallicen. Bannalitatis Furni super bono jure.

## Mercurii 5. Decembris 1695.

**A R G U M E N T U M .**

Licet Baro neque prohibere Ecclesiasticæ construcio-  
nem furnorum, praetertim pro eorum usu, potest tem-  
men sius vasallus prohibere, ne in dictis furnis panes co-  
quunt, quando præfati vasallii se obligarunt ad furnum Baronis ac-  
cedere, cum illa voluntaria obligatio eundi  
potius ad unum furnum, quam ad alium, libertati Ec-  
clesiasticæ non præjudicet.

## S U M M A R I U M .

**C**ilibet licitum est furnos construire.

2 **B**aro sius vasallus prohibere non potest, ne ad furnos  
Ecclesiasticorum accedant, ibique panes coquunt.

3 **F**alili, si vasallii se obligarunt ad furnum Baronis ac-  
cedere.

4 **I**mmanus Ecclesiasticus competit Ecclesiasticis, ut præfer-  
vatur a domine, non ut lucrentur.

## D E C I S I O I I .

**I**n disputatione habita coram me sub die 25. Junii proxi-  
mo præteriti super dubio, An licitum fuere in loco de Ca-  
vifontibus, eisdem territorio confinare furnos? affirmativa  
prodit resolutio favore Carthusiorum bonis pafuis, & communi-  
tatis dicti loci: sed cum in hodierna audiencia moder-  
nus Baro tunc non auditus ultra admitteret PP. Carthusianis  
furnis facultatem in sententia A.C. concessam de construendo  
furnum per eos jam inchoatum: solum opponebat talem  
facultatem competere non posse communatam in eadem  
sententia non comprehensae, eoque magis quia ex trans-  
actione inita inter ipsum, & Baronem, confabatur de illius titu-  
lata possessione cogendi ius subditos ad furnandum in  
suo furno Baronali privative quod alios: cumque in alla  
decisione hodie emanata super manutentione justificata  
fuerit haec coactiva posse Baronis, DD. steterunt inde-  
cisus, iuxta modum inferius exprimendum.

Ex naturali siquidem, & indefinita libertate quilibet  
competenti permisa fuit aperio novi furni PP. Carthusianis,  
qui cum non essent comprehensae in transactione ini-  
tata cum Barone, tali facultate privari non potuerunt, iuxta  
authoritatis in alia decisione allegatas, s. Affib., & com-  
probatur etiam a scrivenibus pro Baronе.

Non relevant, quod sicuti per Baronem non impugna-  
batur aperio novi furni, ita ab illo impediti non po-  
set liber accessus Vasallorum ad furnandum in furno PP.  
Carthusianorum, ne ita ex illius oppositione indirecte le-  
deretur immunitas Ecclesiæ: Quia cum universitas dicti  
loci ex pragmula conventione, de qua tuus alcum fuit  
in alia hodierna decisione, se obligaverit accedere ad fur-  
num Baronis, cumque in iure non repugnet, quod ipsa  
potuerit tali naturali libertati renunciare, quatenus in ob-  
servantiam proprii obligationis cogitare furnare in fur-  
no Baronali privative quod alios; talis coactio uti proveniens  
ex ip-

## Mantissa Decisio II. &amp; III. Lib. II.

**S**ex ipsam voluntate communitatibus; que voluit se taliter obligare, non est contraria libertati Ecclesie, neque illa in aliquo prejudicat, ut bene probant Vermigliol. cons. 100. n. 3. & leg. Grat. c. 564. n. 55. & 56. Thes. Jun. in addit. ad Thefau. dec. 16. pol. med. Panmol. dec. 26. adnot. 4. n. 5. & comprobatur fuit inter easdem partes in alia Cavallicens. juris molendi. 7. Maii proxima præteriti. s. nec obstat, coram me.

Eoque libentius DD. iurant in hac sententia, quæ coendo sub ditis ad observantium præstabilitatem obligacionis, nullum damnum infertur Carthusa circa ius qualitatis, sed impediens coram liberum accessum ad furnum per ipsam noviter constituta illa tantum per direcnum ladiutum in lucro quaerendo, quod sane præjudicium non venit attendendum, cum dumtaxat ad ilium effectum considerari debeat, ne Ecclesia sit in actuali danno, iuxta doctrin. Dec. in. Ecclesiæ S. Mariae n. 240. ver. 3. conclusu de conser. cum alii pluribus relatis per Bellet. disq. Cleric. p. 1. de exempt. Cler. & secular. §. 5. n. 129. & concordat Ant. var. reg. l. c. 111. n. 34. ver. præteriti. & Card. de Luca de regal. dif. 5. c. 2. n. 14. dif. 5. n. 2. & dif. 131. n. 11. & leg. & de juri. & for. comp. dif. 49.

Ex ita ex premisssis DD. confirunt, PP. Carthusianis licet iam esse constructionem novi furni, qui duxat deservire debet pro ipsorum usu, & commodo, citra quod alii de dicto loco ad illum accederre valeant in prejudicium Baronis, & iuxta hunc modum steterunt in decisis, utraque parte auditia ecc.

R. P. D. P R I O L O .

Cavallicens. Bannalitatis Furni super manutentione.

Mercurii 5. Decembris 1696.

A R G U M E N T U M .

Baro potest subditus prohibere, ne furnos construant, & illuc panes coquant, si ipsius favore concurrat titulus expressus privilegi, & conventionis, vel tacitus proveniens ex immemorabilis præscriptione aut professione, cum admixta vaſſallorum prohibitione, & subsecuta corum acquiescentia ut exinde competat Baronii quæ professio iuris cogendi vaſſallorum ad furnandum in suo furno præprivative quoad alios. Transactio per testes de auditu in antiquis probari potest, maxime si ad finitum conjectura, & administrata, quæ fint ista adminicula ad effectum cogendi vaſſallorum ad furnos Baronii accedere, latè hic dicuntur.

S U M M A R I U M .

1. **B**aron potest vaſſallis prohibere, ne in proprio soloſup- nos construant, & illuc panes coquant.
2. **I**psius favore concurrat titulus expressus: præ privilegi, & conventionis, aut tacitus proveniens ex immemorabilis præscriptione, aut professione, cum admixta prohibitione, & subsecuta vaſſallorum acquiescentia.
3. **S**tante quæ professio cogendi panes in furno Baronii, & probandis accessu ad alios furnos, competit Baronii ma- numentio.
4. **O**bligatio ad Barone suscepta manutendit furnum, & coquen- di panes vaſſallorum, eidem ius tributus prohibendi acce- ssu ad alios furnos, & eos cogendi ad coquendam in furno Baronii.
5. **T**ransactio in antiquis per testes de auditu probari potest.
6. **M**axime si concurrant adminicula.
7. **C**oncio judicialis arguit præcedentem obligationem.
8. **Transactio ex obseruantia probatur.**
9. **P**rofessio immemorabilis presumit meliorum titulum de mundo.
10. **E**t operatur, ut Baro allegare possit, quod subditus se obli- gavit ad furnum Baronii accedere.
11. **E**x alibus facultatibus prædicta professa induci non potest, ni- se probetur prohibito, & acquiescentia.
12. **L**ongeva professa excludit quamlibet facultatibus presump- tioem.
13. **T**estes de libertate, & de facto affirmatio deponentes prævalere debent, subditus deponentibus super factu negati- vo.
14. **T**estes deponentes de alibus in viridi obseruantia permanenti- bus, prevalent alii.
15. **R**uinæ aliorum furnorum presumit eodem ad cogendum num- quæm deseruisse, & arguit Baronii competere ius cogendi ad propriis furnis accedere.
16. **E**xclusio plurimorum in locis adjacentibus non exclu- dit bannalitatem furni localis, immo eam arguit, si iste semper unicus extiterit.
17. **T**ransactio cum subditis inita cogendi eorum panes in furno facili

no Baroni, non comprehendit forentes.

18. Stante pluralitate personarum potest quis erraneam sui au- toribus confessioem impugnare.

## D E C I S I O N I I I .

**I**n decisione edita coram me sub die 25. Junii proximè præteriti favore communitatibus, & hominum de Cavallensis, & Cartuſia boni pauli tunc tantum infor- mantium, resolutum fuerat, moderno Baronii de Seytre non esse dandam manutencionem in qua professio coquendi panem vaſſallorum in furno Baronii præprivative quoad alios; sed in hodierna disputatione auditio etiam Barone ex novi facti circumstantiis ab illius defensoribus deductis recer- sum fuit à decisis.

Admittebant DD. conclusiones in alia precedenti deci- sione firmatas, quid cuilibet sicut in proprio solo furno conſtruere, & panes delatos coquere, citra quod Baronii inferiores possint ralem facultatem admovere, nisi illorum favore concurrat titulus expressus privilegi, & conventionis, aut tacitus proveniens ex immemorabilis præscriptione, vel ex jure servitius cum subsecuta vaſſallorum acquiescentia; sed modo ex testibus formiter examinatis tam de anno 1544, quam de tempore mota litis, & alius publicis documen- tis inferioris recentendi, confare vius fuit de antiqua titulata, & nunquam interversa professio Baronii coquendi panes in suo furno Baronii, cum admixta etiam prohibitione Vaſſallorum, qui in casu contraventionis excochi fuerint vel claudere furnos noviter aperro, vel pro panibus alibi decoctis peccas subire, & furnagium per- solvere; ex his alibus Baro constitutus fuit in qua profes- sionis iuris cogendi suos subditos ad furnandum in eis furno præprivative quoad alios; id est quod illi legitime, & titulatè possident debet manutendit, etiam si naturalis liberas reficiat, ut admittunt. Authoritates in alia decisione allegatae, ratio resolutionis, & comprobant in fortioribus terminis, Bart. contrari. 28. num. 10. cent. 1. Jovio de ol. em. in contrari. minor. glof. 18. num. 175. ver. empereor. Ann. singul. 557. ubi referit eam ad concilium à S. Concil. Neapolitano, Card. de Luca de regal. dif. 145. n. 4. cum plurib. legg. & Guidop. dif. 298. in ver.

Titulus vero resultare vius fuit ex transactione, de qua depontur sex testes formiter examinati usque ad unum 1544. Iste namque præferuntur, inter Baronies temporis, & universitatibus dicti loci initata fuisse correspективam obligationem subditorum, scilicet accedendi ad furnum Baronalem præprivative quoad alios, & Baronii è converso manutendit furnum perpetuo, & quilibet tempore furnabilem cum furnario habili, qui panes coquere, & à domibus ad furnum, & ad furno ad domos subditorum reportaret, cum sola responsione ad Vintensem, & non ultra profun- dagio; id est quod sicut ex hac correspeditiva conventione Baro tenetur propriis expensis conservare, & manutene- re furnum omni tempore furnabilem ad commodum uni- versitatis, & ulteriori gravatus remanent perpetuo one- re coquendi panem vaſſallorum, citra quod prætendere posset, quād solam vigescim partem, ut quoque dicen- dam est illius favore acquifitum fuisse suu subditis sub- ditis accessum ad alienos furnos, eoque cogendi ad co- quendam panes in suo furno Baronali, ut ita effectu recipi- ca contrahebitum equalitas, ad not. per Grat. cap. 564. nu. 55. Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 10. nu. 14. Rota Conf. 66. nu. 7. Cepol. de servis urbani. præc. cap. 50. de furno n. 2. pol. med. ver. prel. intellige. Jovi. de Contrari. minor. glof. 18. n. 166. Gall. de fructib. dif. 6. art. 1. n. 76. ver. limitatio quatuor. Boer. dec. 125. n. 4. ver. & ex privilegio. Thesaur. dec. 1. Pediment. 15. num. 11. cum 9. & in addition. ver. in suis probatur. Coppen. deci- german. 19. num. 12. cum legg. & Rot. in recent. dec. 308. num. 2. part. 4. tom. 2.

Non relevante, quod de hac transactione, de qua agunt testes, nullum exet documentum; cumque ab ipsis prefatis testes, nullum exet documentum; cumque ab ipsis neque via fuerit, nec lege fuerit, immo cum ea in exteriorum & deponant solum de auditu ius suis majoribus nullam cau- fam scientie reddentes, atrendi non mereantur ad effectum probandi transactionem. Quia cum ista non exigat de ne- cessitate scripturam, relevari etiam potest ex solo testum depositione; id est quod cum in presenti agatur de contractu antiquissimo, certum centum annis, illius probatio per testes ad auditum communis sufficiens reputatur, ut advertunt Casanat. cons. 39. n. 56. Rot. coram Seraph. dec. 75. n. 1. cum legg. 16. Exclusio plurimorum in locis adjacentibus non exclu- dit bannalitatem furni localis, immo eam arguit, si iste semper unicus extiterit.

17. Transactio cum subditis inita cogendi eorum panes in furno facili

## Super Mat. de Regalibus, &amp;c.

facti circumstantiis haberi non possint testes de visu, & certa scientia, admitti debent etiam leviores probationes, ad tra- dita per Urecol. de transact. g. 2. n. 83. Farinac. de testib. quaff. 69. n. 44. & legg. & in his terminis Cyriac. controv. 464. n. 33.

Nec in praesenti deesse visa sunt adminicula effectuum hujusmodi transactionis comprobantia; constat siquidem de anno 1350. Baronem ad instantiam nonnullorum subditorum, nomine tamen totius populi, conventum fuisse ad reparationem furni Baronali, tunc ruinam minans, il- lamque de mandato Judicis fuisse fecutam; cumque ex jure dicti coactione perniciosa arguatur Baronis obligatio de quod deponunt testes superius ad dictu; hinc quoque sequitur, ut verificatum remaneat illorum testimoniū, quia alii subditū nullam habuerint actionem cogendi Baronem ad reparationem furni, nec ad eam Baro paratum se exhibuerit, nisi suu vinculo præcedentis obligationis adstridat, ut notar. Trobat. de Effect. immemor. quaff. 11. num. 144. ver. quod probatur in fin. cum legg.

Eoque magis quod ex pluribus locationalibus provenientiū dicti furni, factis ab anno 1350. usque ad annum 1479. & sic per facultum, & ultra, apparer per Baronies enīc injunctum fuisse onus conducoribus manutendendi furnum propriis expensis, & retinendi furnarium qui ferret panes subditum, & deinde ad eorum domos referret, eoque coquere ad Vintensem, & non ultra, & ita quoque constat ad talem rationem per tempus immemorabilem homines communita- tis solvi furnagium; ut ex his subditus semper uniformi- bus cum dicto tenuit plenē probata remanent veritas, & pra-existentia hujus conventionis, ut in specie firmat Urecol. de transact. g. 6. n. 55. Rot. cor. Bich. dec. 316. n. 6. cum legg.

